

1.

Kaiser Friedrich [I.] bestätigt dem Kloster Oberburg den vom Reich stammenden und den von Diebald von Kager übergebenen Besitz, desgleichen die von diesem für sein Seelenheil verfügte Übertragung an die Kirche von Aquileja und nimmt die Abtei mit allen Zugehörungen in seinen Schutz.

1157 Oktober 6, Würzburg.

Abschr. 15. Jh. Venedig StA: Consultori in iure Nr. 345 (Privilegi antichi d'Aquileia) fol. 13^r (B).

Stumpf-Brentano, Acta (1865/81) 726 Nr. 522 aus B. — MGH DD 10/1 (1975) 305 Nr. 182. — Bernhard, Documenta (2006) 323 Nr. G 5 aus B.

Reg.: Stumpf, KU (1865) 335 Nr. 3811 zu 1157 (Mai) und 490 Nr. 378a zu 1157 Okt. 6. — Zahn, Beiträge 9 (1872) 90. — StUB 1 (1875) 720 Nr. 730. — Orožen, Oberburg (1877) 11. — Leicht, Diplomi (1895) 40 Nr. 52. — Simonsfeld, Friedrich I. (1908) 564. — Kos, Gradivo 4 (1915) 190 Nr. 371. — Böhmer – Oppl, RI IV/1 (1980) 152 Nr. 487. — Gioppo, Repertorio (1982) 213 Nr. 276 irrig zu Mai 1157.

Abgesehen von der einzigen oben genannten Abschrift B gibt es nur noch einen Eintrag in einem Aquilejer Archivverzeichnis um 1500, der durch Giusto Fontanini in seiner Sammlung in San Daniele Stadt B Guaneriana: Ms. 216 (Collezione Fontanini Vol. 12) pag. 166f. und Ms. 258 (Coll. Fontanini Vol. 74) pag. 623 überliefert wurde.

Der Text dieser Urkunde ist nahezu eine wörtliche Wiederholung der Vorurkunde von König Konrad III von 1247 (s. oben Nr. ..) mit etlichen Abschreibfehlern, die vermerkt und entsprechend verbessert werden.

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Religiosis petitionibus assensum prebere et ecclesias dei liberali benignitate et benigna liberalitate honorare nostram decet mansuetudinem, ob hoc enim imperium nostrum nostris temporibus prospero successu gubernari in terris et decursu presentis vite stadio gloria¹ et honore coronari¹ speramus in celis. Eapropter decernimus et regalis privilegii auctoritate corroboramus, ut, quecumque bona sive ad possessionem regni pertinentia sive a Diebaldo de Chagere fidei nostro fratribus et monachis apud Obremburch domino famulantibus tradita sunt, quieta illis et sine perturbatione permaneant in perpetuum. Statuimus etiam et benigna concedimus clementia, ut ea, que memoratus nobilis homo pro remedio anime sue Aquileiensi * ecclesie dedit^a, firma illi quoque patriarche et inconversa omni tempore conserventur. Prefatam quoque abbatiam cum^a [omnibus]^b ad eam pertinentibus regie maiestatis defensionem clementer admittimus et quicquid donatione seu possessione^c regum vel liberalitate principum vel quorumlibet fidelium eo iuste collatum fuerit. Si quis temerario ausu conatus fuerit invadere, perturbare seu quoquomodo alienare, regiam se incurrisse cognoscat indignationem. Ut autem huius nostre institutionis decretum debita subnixum sit firmitate, literis^d notari^e et sigilli nostri impressione

insigniri precipimus, manu * propria, ut infra apparet, corroborantes. Huius rei testes sunt: Geberhardus Wirzeburgensis^f episcopus, Eberhardus^g Bambergensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Wibaldus^h Corbeiensisⁱ et Stabulensis^k abbas^k, Marquardus^l Fuldenensis abbas, Fridericus dux Sueuorum, Albertus marchio, Otto palatinus comes, Hermannus comes filius marchionis Alberti, Marquardus de Grumbach^m.

Signum domini Frederici imperatoris.

Ego Regnaldus cancellarius vice Arnoldi Maguntinensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Datum II^o nonas octobris, indictione VI^a, anno dominice incarnationis M C LVII, regnante domino Frederico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius VI^o, imperii vero tercio; actum Wirzeburchⁿ; in Christo feliciter, amen.

a) von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen b) fehlt B; nach VU c) zweites o verb. aus s d) literas B; nach VU e) notii mit Kürzungsstrich B; nach VU f) Witiburgensis B
g) Herberhardus B h) Vinbaldus B i) Corbergensis B k) Stabbabas B l) Marqualdus B
m) Grumbrach B n) Vrtzeburch B

1) gloria – coronari Ps. 8, 6.